

antworten die beisorge beseczunge und entphelunge czu enphaen. Das wollen wir umb eur liebe und gnade williclichenn alleczit vordinen und unßern herrn deste flissiger umb eur lang lebin bittin. Gegeben czum Stolpin noch Criste geburt virczenhundert iar dornach in dem eynen und drissigistenn iare ann mitwoche vor Martini under unßers obgnanten Iohannes bischoffs czu Missen und der Polnisschen nacion des collegii unser 5 lieben frauwen zu Lipczk sigille.

19.

Bischof Johannes von Meissen schreibt dem Rektor und der Universität über das Verhalten des Papstes Eugen gegenüber dem Basler Concil, übersendet ihnen die Copie einer päpstlichen Bulle und eines Schreibens des Römischen Königs und fordert sie auf das Concil durch einen Abgesandten zu beschicken. 10
Basel, [1433] März 27.

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 205.

Iohannes dei gracia episcopus Misnensis venerabilibus et egregiis dominis rectori totique universitati studii Lipczensis, amicis nostris carissimis, favorosum affectum et eam quam debet obsequii dandi pronitatem. Venerabiles magistri eximii egregiique 15 doctores. Sicut Abraham pater ille multarum gencium temptatus fuerat ut tandem per multas tribulaciones deo carus efficeretur, sic Ysaac, sic Iacob et omnes qui deo placuerunt ab inicio per multas tribulaciones fideles transierunt, ut optime nostis ex ea que alias docet scriptura. Ita et hodie deus pater zelotes visitans ipsos diluculo ut de fidei integritate et constancia subito probet, suo iudicio eos temptat quos diligit, visitans 20 iniquitatem patrum in filiis oculo nimis, nunc quidem per hereticorum erronea et depravata dogmata, nunc per excitata per Christi fideles pace subacta dissidia, nunc per cominata omnibus Christi fidelibus super horrenda scismata, quod ultimum videlicet temptandi genus plerisque iam videbatur in foribus. Cum sanctissimus dominus noster papa Eugenius ex sinistra forsane informacione sacro Basiliensi concilio fuerat tam dissonus, 25 non more pii patris fovere et protegere, sed potius nitebatur dissolvere et penitus impedire, et cum ipse deus pater misericordiarum et totius consolacionis fideles suos non sinit temptare ultra hoc quod possunt, sed facit cum temptatione proventum, nobis volens ostendere quod cor regencium in manu sua sit et ubicunque voluerit hoc vertere queat, mira mirabilique mutacione cor et animum sanctissimi domini nostri Eugenii predicti 30 mutavit, ut quidem qui presens concilium sacrum dissipare, evellere et penitus quantum in eo fuit conatus est evertere et dissolvere, in oppositam hec singula omnibus super omnia affectabilem induxit qualitatem, que ex copia bulle sue sanctitatis presentibus inclusa poteritis intelligere magis clare, quam ex speciali benivolencia cum copia littere regis Romanorum concilio directe p. v. transmittimus in signum gratitudinis de sincero 35 venerabilitatum vestrarum affectu, quem re vera effectu propine et honorancie nobis pridem facte et exhibite longe lateque preponderamus. Et ut paternitatum vestrarum cernit sublimitas, de novo mandatur omnibus qui generalibus conciliis tenentur interesse, ut infra trium mensium spacium iam fere pro medietate elapsum, in Basileam pro cele-